




M. TULLII
CICERONIS

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1121

Tragopogon *Barb.*

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1121

21

Questi libri di Cicerone sono postillati da
due mani; la serie più numerosa di postille
è di mano del ~~chiodo~~ ^{codice} Pietro Galland, autore
delle Osservazioni sulle istituzioni di Quintiliano.

A Monsieur Bréal

Ce livre qui est arrivé en Italie de
la France je désire qu'il rentre en
France, en passant par les mains
du philologue français le plus digne
de le posséder.

Angelo DeFebernati

Florence, 30 octobre 1879.



PARIS 1812

RECYDRENT JOANNEE LODOIC

ET L'ETAT

M. D. XI.

M.T. Ciceronis Ora-
TORIAE PARTITIONES.



PARISIIS,
Apud Ioannem Lodoicum Tiletanum,
è regione collegii Remensis.

M. D. XXXIX.

M. T. Cicero's Ors
TORIAE PARTITIONES.



APRIL 1841
LONDON: Printed by J. G. & J. S. Smith, 10, St. Paul's Church-yard.

M.T. CICERONIS DE PARTITIONE
ORATORIA DIALOGVS.

CICERO FILIVS,

TVDEO mi pater latinè ex te audire
ea quæ mihi tu de ratione dicēdi græcè
tradidisti, si modò tibi est otiiū, & si vis.

S

CICERO PATER. An est mi
Cicero, quod ego malim, quàm te quàm

doctissimum esse? Otium autem primum, & summū est,
quoniā aliquando Roma exeundi potestas data est: dein-
de ista tua studia vel maximis occupationibus meis ante-
ferre libenter. C.F. Visne igitur vt tu me græcè soles or-
dine interrogare, sic ego te vicissim eisdem de rebus lati-
nè interrogem? C.P. Sanè, si placet. Sic enim & ego te

meminisse intelligam quæ accepisti, & tu ordine audies
quæ requiris. C.F. Quot in partes distribuenda est omnis
doctrina dicēdi? C.P. In treis. C.F. Cedo, quas? C.P. Pri-
mum in ipsam vim oratoris, deinde in orationem, tum in

quæstionē. C.F. In quo est ipsa vis? C.P. In rebus & ver-
bis. Sed & res & verba inuenienda sunt, & collocanda.

Proprie autem in rebus inuenire, in verbis eloqui dicitur.

Collocare autē etsi est cōmune, tamen ad inueniendum
refertur. Vox, motus, vultus, atq; omnis actio, eloquendi
comes est: earūmq; omnium rerum custos est memoria.

C.F. Quid? orationis quot sunt partes? C.P. Quatuor.
Earum duæ valent ad rem docendā: narratio, & cōfirma-
tio. Ad impellendos animos duę: principiū, & peroratio.

PARTITIONES

C.F. Quid? quæstio quasnam habet partes? C.P. Infinita,
 quam consultationem appello: & definitam, quam con-

trouentiam nomino. C.F. QVONIAM igitur pri-
 mum est inuenire oratoris, quid quæret? C.P. Vt inue-
 niat quemadmodum fidem faciat eis quibus volet persua-
 dere, & quemadmodum motum eorum animis afferat.

C.F. Quibus rebus fides fit? C.P. Argumentis, quæ du-
 cuntur ex locis aut in re ipsa insitis, aut assumptis. C.F.

Quos vocas locos? C.P. Eos in quibus latent argumen-
 ta. C.F. Quid est argumentum? C.P. Probabile inuen-
 tum ad faciendam fidem. C.F. Quomodo igitur duo ge-
 nera ista diuidis? C.P. Quæ sine arte putantur, ea remota

appello, vt testimonia. C.F. Quid insita? C.P. Quæ in-
 hærent in ipsa re. C.F. Et testimoniorum quæ sunt ge-
 nera? C.P. Diuinum, & humanum. Diuinum, vt oracu-
 la, vt auspicia, vt vaticinationes, & responsa sacerdotum,

haruspicum, coniectorum. Humanum, quod spectatur ex
 autoritate, & ex voluntate, & ex oratione aut libera, aut

expressa: in quo inuunt scripta, pacta, promissa, iurata, quæ-
 sita. C.F. Quæ sunt quæ dicis insita? C.P. Quæ infixæ sunt

rebus ipsis, tum ex toto, tum ex partibus, tum ex notatio-
 ne, tum ex iis rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id

de quo quæritur. Et ad id totum de quo differitur, tum
 definitio adhibetur, tum partium enumeratio, tum nota-
 tio verbi. Ex his autem rebus quæ quodammodo affectæ

sunt ad id de quo quæritur, alia coniugata appellantur,
 alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex

differetia, alia ex cōtrario, alia ex coniunctis, alia ex ante-
 cedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnātibus,

alia ex

ORATORIAE.

3

Comparatio est in
quodam itate,
similitudo vero in
qualitate.

Id est, locus est a
definitione cum
definitio alicuius
ponitur.

alia ex causis, alia ex effectibus, alia ex comparatione ma-
iorum, aut parium, aut minorum: ut definitio, ut contra-
rium, ut ea quæ sunt ipsi contrarietate eius aut similia, aut
dissimilia, aut cõsentanea, aut dissentanea: aut ea quæ sunt
quasi coniuncta, aut ea quæ sunt quasi pugnancia inter se:
aut earum rerum de quibus agitur, causæ, aut causarum
eventus, id est quæ sunt effecta de causis: ut distributio-
nes, ut genera partium, generumque partes: ut primordia re-
rum, & quasi præcurrẽtia, in quibus inest aliquid argumẽti:
ut rerum cõtentiones, quid maius, quid par, quid minus
sit, in quibus aut naturæ rerum, aut facultates comparan-
tur. C.F. Omnibusne igitur ex his locis argumenta su-
memus? C.P. Imò vero scrutabimur, & quæremus ex o-
mnibus, sed adhibebimus iudicium, ut leuia semper rei-
ciamus, nonnũquam etiam communia prætermittamus,
& non necessaria. C.F. Quoniam de fide respondisti, vo-
lo audire de motu. C.P. Loco tu quidẽ quæris, sed pla-
nius quod vis explicabitur, cum ad orationis ipsius, quæ-
stionumque rationem venero. C.F. Quid sequitur igitur?
C.P. Cum inueneris, collocare. Cuius in infinita quæstio-
ne ordo est idem ferè, quem exposui locorum. In defini-
ta autem adhibenda sunt etiam quæ ad motus animo-
rum pertinẽt. C.F. Quomodo igitur ista explicas? C.P.
Habeo communia præcepta fidem faciendi, & commo-
uendi: quoniam fides est firma opinio, motus autem, ani-
mi incitatio aut ad voluptatem, aut ad molestiam, aut ad
metum, aut ad cupiditatem. Tot enim sunt motus gene-
ra, partes plures generum singulorum. Omnem colloca-
tionem ad finem accomodo quæstionis. Nam est in pro-

PARTITIONES

posito finis, fides: in causa, & fides, & motus. Quare cum de causa dixero, in qua est propositum, de utroque dixero.

C.F. Quid habes igitur de causa dicere? C.P. Auditorum

eam genere distinguere. Nam aut auscultator est modus

qui audit: aut disceptator, id est rei sententiaeque moder-

ator, ut aut delectetur, aut statuatur aliquid. Statuit autem aut

de praeteritis, ut iudex: aut de futuris, ut senatus. Sic tria

sunt genera: iudicii, deliberationis, exornationis: quae quia

in laudationes maxime confertur, proprium habet iam ex

eo nomen. C.F. Quas res sibi proponet in istis tribus ge-

neribus orator? C.P. Delectationem in exornatione: in

iudicio aut sententiam aut clementiam iudicis: in suasionem

autem aut ipsem aut reformationem deliberantis. C.F.

Cur igitur exponis hoc loco genera controuersiarum?

C.P. Ut rationem collocandi ad finem cuiusque accom-

modem. C.F. Quonam tandem modo? C.P. Quia qui-

bus in orationibus delectatio finis est, varii sunt ordines

collocandi. Nam aut temporum seruatur gradus, aut ge-

nerum distributiones, aut a minoribus ad maiora ascen-

dimus, aut a maioribus ad minora delabimur: aut haec in-

aequabili varietate distinguimus, cum parua magnis, sim-

plicia coniunctis, obscura dilucidis, laeta tristibus, incredi-

bilia probabilibus inteximus: quae in exornationem ca-

dunt omnia. C.F. Quid? in deliberatione quid spectas?

C.P. Principia vel non longa, vel saepe nulla. Sunt enim

ad audiendum, qui deliberant, sua causa parati. Nec mul-

tum sane saepe narrandum est. Est enim narratio praeteri-

tarum rerum, aut praesentium: suasio autem, futurarum.

Quare ad fidem & ad motum adhibenda est omnis oratio.

C.F. Quid

Sed narrationis
loco ponenda est
propositio quae
sententiam rei com-
plectitur.

C.F. Quid in iudiciis? quæ est collocatio? C.P. Non eadem accusatoris, & rei: quod accusator rerum ordinem ^{criminum} prosequitur, & singula argumenta, quasi hasta in manu collocata, vehementer proponit, ^{quibus confirmat crimina} concludit acriter, ^{quasi vibret hastam aliquam} confirmat ^{in tabulis, decre. test.} tabulis, decretis, testimoniis: accuratiusq; in singulis commoratur: perorationisq; præceptis, quæ ad incitandos animos valent, & in reliqua oratione, paululû digrediens de cursu dicendi, utitur, & vehementius in perorando. est enim propositû, ut iratû efficiat iudicem. C.F. Quid faciendum est cõtrà reo? C.P. Omnia longè secus. Sumenda principia ad beneuolentiâ conciliandâ: narrationes aut amputandæ quæ ledunt, aut relinquendæ, si totæ sunt molestæ: firmamenta ad fidem posita, aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digressionibus obruenda: perorationes autem ad misericordiâ conferendæ. C.F. Sempérne igitur ordinem collocandi quem volumus, tenere possumus? C.P. Non sanè. Nam auditorum aures moderantur oratori prudenti & prouido: & quod respuunt, immutandû est. C.F. Expone deinceps quæ ipsius orationis verborûmq; præcepta sunt. C.P. Vnum igitur genus est eloquendi sua sponte fusum: alterû versum, atq; mutatû. Prima vis est in simplicibus verbis: in coniunctis secunda. Simplicia inueniendâ sunt, coniuncta collocandâ sunt. Et simplicia verba partim natiua sunt, partim reperta. Natiua, ea que significata sunt sensu. Reperta, quæ ex his facta sunt. Et nouata, aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione verborum. Atque etiam est hæc distinctio in verbis, altera natura, tractatione altera. Natura, ut sint alia consonantiora, grauiora, leuiora, & quodammodo

PARTITIONES

nitidiora, alia contra. Tractatione autem, cum aut propria
 sumuntur rerum vocabula, aut addita ad nomen, aut no-
 ua, aut prisca, aut ab oratore modificata & inflexa quo-
 dammodo, qualia sunt ea quæ transferuntur aut immu-
 tantur, aut ea quibus tanquã abutimur, aut ea quæ obſcu-
 ramus, quæ incredibiliter tollimus, quæq; mirabilius quàm
 sermonis consuetudo patitur, ornamus. C.F. Habeo de
 simplicibus verbis, nũc de cõiunctione quæro. C.P. Nu-
 meri quidam sunt in coniunctione seruandi, cõsecutioq;
 verborũ. Numeros, aures ipsæ metiuntur, ne aut non com-
 pleas verbis quod proposueris, aut redundes. Consecutio
 autem, ne generibus, numeris, temporibus, personis, casu-
 bus perturbetur oratio. Nã vt in simplicibus verbis quod
 non est latinũ, sic in coniunctis quod non est consequens,
 vituperandum est. Cõmunia autem simplicium coniun-
 ctorũq; sunt hæc quinque; quasi lumina, dilucidũ, breue,
 probabile, illustre, suaue. Dilucidũ fit visitatis verbis, pro-
 priis, dispositis, aut circumscriptione conclusa, aut inter-
 missione, aut concisione verborũ. Obscurum autem, aut
 longitudine aut contractione orationis, aut ambiguitate,
 aut inflexione atq; immutatione verborũ. Breuitas autẽ
 cõficitur simplicibus verbis, semel vnaquaque dicẽda, nul-
 li rei nisi vt dilucide dicas, seruiẽdo. Probabile autem ge-
 nus est orationis, si non nimis est comptum atq; expoli-
 tum, si est autoritas & pondus in verbis, si sententiæ vel
 graues, vel apte opinionibus hominum & moribus. Illu-
 stris autem oratio est, si & verba grauitate delecta ponũ-
 tur, ac translata & superlata, & ad nomen adiuncta, & du-
 plicata, & idem significãtia, atq; ab ipsa actione atq; imi-
 tatione

1+ Ut si duo membra suavi
 mensura composueris
 tertium adiuuas nimis
 breue, aut tertium
 adiuuas productius.

non sequendo exornac-
 tione et figuris
 et amplificationibus.

et philosophice

metaphorice

et sumpta ex communis vita

hyperbolicæ

epithetæ

III S

tatione rerū non abhorrentia. Est enim hæc pars orationis quæ rem constituat penē ante oculos. Is enim maxime sensus attingitur: sed cæteri tamen, & maxime mens ipsa moueri potest. Sed quæ dicta sunt de oratione dilucida, cadūt in hanc illustre omnia. Est enim plus aliquanto illustre, quàm illud dilucidū. Altero fit vt intelligamus altero verò vt videre videamur. Suaue autē genus erit dicēdi, primum elegancia & iucunditate verborū sonantiū & lenium: deinde coniunctione, quæ neque asperos habeat cōcursus, neq; disiunctos atq; hiantes: & sit circūscripta non longo anfractu, sed ad spiritum vocis apto: habeatq; similitudinē æqualitatēmq; verborū: tum ex contrariis sumpta verbis, crebra crebris, paria paribus respondeant: relatāq; ad idē verbū, & geminata, atq; duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur: constructioque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. Fit etiam suavis oratio, cum aliquid aut inuifum, aut inauditū, aut nouū dicas. Delectat enim quicquid est admirabile, maximēque mouet ea quæ motū aliquē animi miscet oratio, quæque significat oratoris ipsius amabiles mores: qui exprimūtur aut significando iudicio ipsius, ex animo humano ac liberali: aut inflexione sermonis, cū aut augēdi alterius, aut minuēdi sui causa, alia dici ab oratore, alia existimari vidētur, idq; comitate fieri magis quàm vanitate. Sed multa sunt suauitatis præcepta, quæ orationē aut magis obscuram, aut minus probabile faciunt. Itaque etiam hoc loco nobis est ipsis, quid causa postulet, iudicandū. C.F. Reliquum est igitur, vt dicas de cōuersa oratione atq; mutata. C.P. Est itaq; id genus totū

PARTITIONES

situm in cōmutatione verborum, ^{vel simplicium vel collocatarum} que simplicibus in ver-
 bis ita tractatur, vt aut ex verbo dilatetur, ^{per figuram} aut in verbū cō-
 trahatur oratio. Ex verbo, cum aut propriū, ^{quod propriū significat} aut idem si-
 gnificās, ^{non synonymum sed significat} aut factū verbū in plura verba diducitur. Ex ora-
 tione, cum aut definitio ad vnum verbum reuocatur, ^{concluduntur periodis} aut
 assumpta verba remouetur, ^{componitur} aut in circuitus diriguntur, ^{compositio & collatio} aut
 in coniunctione fit vnum verbum ex duobus. in coniun-
 ctis autem verbis triplex adhiberi potest commutatio, ^{non ut verbum dilatatur in orationem aut oratio contra hatur in verbum}
 non verborum, sed ordinis tantūmodo: vt cum semel di-
 ctum sit directē sicut natura ipsa tulerit, inuertatur ordo, ^{recto ordine qui ordo est pōne fufus}
 & idem quasi sursum versus, retróq; dicatur. deinde idem
 intercise atq; permiste. Eloquendi autē exercitatio maxi-
 me in hoc toto conuertendi genere versatur. C.F. Actio
 igitur sequitur, vt opinor. C.P. Est ita: quæ quidē oratori
 & cum rerum & cum verborum momentis cōmutanda
 maxime est. Facit enim & dilucidam orationem, ^{emendatam dilucidam et aptam} & illu-
 stem, & probabilem, & suauem, ^{per verborum communis orationem} no verbis, sed varietate
 vocum, motu corporis, vultu. quæ plurimum valebunt, si
 cum orationis genere consentient, eiusq; vim ac varieta-
 tem subsequetur. C.F. Nunquidnam de oratore ipso re-
 stat? C.P. Nihil sanè præter memoriam, quæ est germana
 literaturæ quodāmodo, & in dissimili genere persimilis.
 Nam vt illa cōstat ex notis literarum, ^{formis} & ex eo in quo im-
 primuntur illæ notæ: sic confectio memoriæ tanquā cera
 locis vtitur, & in his imagines vt literas collocat. C.F.
 QVONIAM igitur vis oratoris omnis ^{partes oris} exposita est,
 quid habes de orationis præceptis dicere? C.P. Quatuor
 esse eius partes quarū prima & postrema ad motū animi
 valet. is enim ^{si datur oratio} initiis est & perorationibus concirandus

Secunda

ORATORIAE.

*quod etiam complectitur
refutationem*

*rem probat argumētis
et explicatque*

*cum contrarium est et diminutio
et extenuatio*

Secunda narratio, & tertia cōfirmatio fidē facit orationi.

Sed amplificatio quanquā habet proprium locum, sæpe etiam primum, postremum quidē ferē semper, tamen reliquo in cursu orationis adhibenda est, maximēq; cū aliquid aut confirmatum est, aut reprehensum. Itaq; ad fidē quoq; vel plurimū valet. Est enim amplificatio vehemēs quædam argumentatio, vt illa docendi caussa sit, hæc cōmouēdi. C.F. Perge igitur ordine quatuor mihi istas partes explicare. C.P. Faciam, & à principiis primū ordiar.

fides argumentatio

angli.

dem cap.

Quæ quidem ducūtur aut ex personis, aut ex rebus ipsis.

remouit animo

de viti animo

Sumuntur autem trium rerum gratia, vt amice, vt intelli-

genter, vt attente audiamur. Quorum primus locus est in

patroni et litigatoris

iudicium

patroni aduersus partis

personas vt notis

personis, nostris, disceptatorum, aduersariorum: è quibus

vt omittit nos iudicat iudex

initia beneuolentiæ conciliandæ comparantur aut meri-

vel notis tra vel litigatoris

tis nostris, aut dignitate, aut aliquo genere virtutis, & ma-

aliqui patescit

iudicibus

xime liberalitatis, officii, iustitiæ, fidei, contrariisq; rebus

in aduersarios conferendis, & cū iis qui disceptant, aliqua

quod causa etiam ad eos pertineat

emolumentum aliquum

coniunctionis aut caussa, aut spe significanda: & si in nos

inuidia

si tolli non poterit

aliquod odiū offensiōve collata sit, tollenda ea, minuen-

aduersarium quod tollendo

dāve, aut diluendo, aut extenuando, aut compensando,

doc. luter

aut deprecando. Intelligentem autem vt audiamur, & at-

est docilis

quid sit in causa

tente, à rebus ipsis ordiendum est. Sed facillimè auditor

id quod tractaturus est

circumferentia defumit

complectitur et descriptione

discit, & quid agatur intelligit, si complectare à principio

genus naturamq; causse, si definias, si diuidas, si neq; pru-

dentiam eius impediās confusione partium, nec memo-

ad exordii docilitatem

riam multitudine. quæque mox de narratione dilucida

dicentur, eadem etiā huc poterunt recte referri. Vt atten-

te autem audiamur, trium rerū aliqua cōsequemur. Nam

aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut cō-

PARTITIONES

iuncta cum ipsis apud quos res agetur. Sit autē hoc etiam
in præceptis, ut si quando ^{tempus occurrat} tēpus ipsum, aut res, aut locus,
aut interuentus alicuius, aut interpellatio, aut ab aduersa-
rio dictum aliquod, & maxime in perorando, dederit oc-
casionem nobis aliquam, ut dicamus aliquid ad tempus
apte, ne derelinquamus: & quæ suo loco de amplificatio-
ne dicemus, multa ex his poterunt ad principiorum præ-
cepta transferri. C.F. Quid? in narratione quæ tandem
conseruanda sunt? C.P. Quoniam narratio est rerum
explicatio, & quedam quasi sedes ac fundamentum con-
stituendæ fidei. ea sunt in ea seruanda maxime, quæ
etiam in reliquis ferè dicendi partibus: quæ partim sunt
necessaria, partim sunt assumpta ad ornandum. Nam ut
dilucide probabiliterq; narremus, necessariū est: sed assu-
mimus etiam suauitatem. Ergo ad dilucide narrandum,
eadem illa superiora explicandi & illustrandi præcepta re-
petemus, in quibus est breuitas: eaq; sapissime in narra-
tione laudatur, de qua supra dictum est. Probabilis autem
erit, si personis, si temporibus, si locis ea quæ narrabūtur,
consentient, si cuiusque facti & euenti causa ponetur, si
testata dici videbūtur, si cum hominum opinione, autho-
ritate, si cum lege, cum more, cum religione coniuncta, si
probitas narrātis significabitur, si antiquitas, si memoria,
si orationis veritas, & vitæ fides. Suavis autē narratio est,
quæ ^{ut cum narratur aliquid nati sum} habet admirationes, expectatiōes, exitus inopinatos,
si ^{inmixtos} interpositos motus animorum, colloquia personarum
dolores, iracūdias, metus, lætities, cupiditates. Sed iam ad
reliqua pergamus. C.F. Nempe ea sequuntur quæ ad fa-
ciendam fidem pertinent. C.P. Ita est: quæ quidem in
confir-

confirmationem & in reprehensionem diuiduntur. Nam
in cōfirmando, nostra probare volumus: in reprehenden-
do, redarguere contraria. Quoniam igitur omne quod in
controuersiam venit, id aut sit, necne sit: aut quid sit, aut
quale sit, quæritur: in primo cōiectura valet, in altero de-
finitio, in tertio ratio. C.F. Teneo istam distributionem.
Nunc coniecturæ locos quæro. C.P. In verisimilibus, &
in propriis rerū notis posita est tota. Sed appellemus do-
cendi gratia verisimile, quod plerunque ita fiat, yt adole-
scentiā procliuiorem esse ad libidinem. Propriæ autē no-
tæ argumentū, quod nunquam aliter fit, certumq; decla-
rat, yt fumus ignem. Verisimilia reperiuntur ex partibus
& quasi membris narrationis. ea sunt in personis, in locis,
in tēporibus, in factis, in euentis, in rerum ipsarum nego-
tiorūq; naturis. In personis, naturæ primū spectatur,
valetudinis, figure, viriū, etatis, mariū, foeminarū: atq; hæc
quidem in corpore. Animi autem, aut quemadmodum
affecti sunt, virtutibus, vitiis, artibus, inertis: aut quemad-
modum commoti, cupiditate, metu, voluptate, molestia.
Atq; hæc quidem in natura spectatur. In fortuna, genus,
amicitiæ, liberi, propinqui, affines, opes, honores, potesta-
tes, diuitiæ, libertas, & ea quæ sunt iis cōtraria. In locis, au-
tem & illa naturalia, maritimi, an remoti à mari: plani, an
montuosi: læues, an asperi: salubres, an pestilētes: opaci, an
aprici. & illa fortuita, culti, an inculti: celebres, an deserti:
ædificati, an vasti: obsecrati, an rerum gestarum vestigiis
nobilitati: cōsecrati, an profani. In tēporibus autem, præ-
sentia & præterita & futura cernuntur. In his ipsis vetu-
sta, recētia, instātia, paulo pōst, aut aliquādo futura. Insunt

PARTITIONES

etiam in temporibus illa quæ temporis quasi naturâ no-
 tant: vt hyems, ver, æstas, autumnus: aut anni tempora: vt
 mensis, vt dies, vt nox, hora, tépestas, quæ sunt naturalia,
 Fortuita autem <sup>tempus quod
fortis in futurum</sup> sacrificia, festi dies, nuptiæ. Iam facta &
 euentus, aut consilii sunt, aut <sup>facta sunt de iudicio tria
tenent et in consilio
facta</sup> imprudentiæ, quæ est aut in
 casu, aut in quadam animi permotione. Casu, cum aliter
 accidit ac putatum sit. Permotione, cum aut obliuio, aut
 error, aut metus, aut aliqua cupiditatis causa permouit.
 Est etiam in imprudentia necessitas ponenda. Rerum au-
 tem bonarum & malarum tria sunt genera. Nam aut in
 animis, aut in corporibus, aut extra esse possunt. Huius
 igitur materiæ ad argumentum subiectæ, perlustrandæ ani-
 mo partes erunt omnes, & ad id quod agetur, ex singulis
 cōiectura capiēda. Est etiā genus argumētōrū aliud quod
 ex facti vestigiis sumitur, vt telū, cruor, clamor editus, ti-
 tubatio, permutatio coloris, oratio incōstans, tremor, &
 eorum aliquid quod sensu percipi possit: etiam si præpa-
 ratum aliquid, si cōmunicatum cum aliquo, si postea vi-
 sum, auditum, indicatum. Verisimilia autem partim sin-
 gula mouent suo pondere, partim etiam si videntur esse
 exigua per se, multum tamen, cum sunt coaceruata, pro-
 ficiunt. Atque in his verisimilibus insunt nonnunquam
 etiam certæ rerum & propriæ notæ. Maximam autem fa-
 cit fidem ad similitudinem veri primū exemplū, dein-
 de introducta rei similitudo. Fabula etiam nonnūquam,
 etsi sit incredibilis, tamen homines cōmouet. C.F. Quid?
 definitionis quæ ratio est, & quæ via? C.P. Non dubium
 est id quidē, quin definitio genere declaretur, & proprie-
 tate quadam, aut etiam cōmunium frequentia, ex quibus
 proprium

vt si collecta
sunt omnia
implicans est
aliquis loci
laris latet
aperire.

vt virtutes et
vicia

vt virtutes et debilitates

vt diuina et passiones

personæ, loci, temporis, rerum bonarum et malarum

ad quædam bonum

argumentum

si diuina et cordis

in consuetudine
triginta

quæ variat

corporis

sub sensum cadere

ad facinus pertinet

vt cum sicariis

signa necessaria

admirantur

supra rerum

fidem facit

quæ sunt omnes definitio

methodus

quædam diuina et
differentia aut vacant

^{propria definitio}
 proprium quid sit eluceat. Sed quoniam de propriis ori-
 tur plerunque magna dissensio, definiendum est sæpe ex
 contrariis, sæpe etiam ex dissimilibus, sæpe ex paribus.
 Quamobrem descriptiones quoque sunt in hoc genere
^{quando quæstio est de definienda}
 sæpe aptæ, & enumeratio consequentium: in primisque
^{ad omne forum}
 comouet explicatio vocabuli, ac nominis. C.F. Sunt ex-
^{coniectura}
 posita iam ferè ea quæ de facto, quæque de facti appella-
^{definitio}
 tione quærentur. Nempe igitur ea restant, quæ cum factū
 cōstet, & nomē, qualia sint, vocatur in dubiū. C.P. Est ita
 ut dicis. C.F. Quæ sunt igitur in eo genere partes? C.P.
 Aut iure factū depellitur, aut vlciscēdi doloris gratia, aut
^{propter gratiam consanguinitatis}
 pietatis, aut pudicitia, aut religionis, aut patriæ nomine,
 aut deniq; necessitate, incitia, casu. Nā quæ motu animi
 & perturbatione facta sine ratione sunt, ea defensionē cō-
^{aduerbium ad actionem}
 tra crimen in legitimis iudiciis nō habent, in liberis disce-
^{in quibus secundum leges iudicatur}
 ptationibus habere possunt. Hoc in genere, in quo quale
^{causa}
 sit quæritur, ex cōtrouersia, iure, & rectēne factū sit, quæ-
^{iuris et recte}
 ri solet: quorum disputatio ex locorum descriptione su-
 menda est. C.F. Agēs ergo, quoniam in confirmationē
^{pro bono nam}
 & reprehensionem diuiferas orationis fidem, & dictum
 de altero est, expone nūc de reprehendēdo. C.P. Aut to-
^{ad confirmandum}
 tum est negandum quod in argumentatione aduersarius
 sumpserit, si fictum aut falsum esse possis dicere: aut re-
 darguēda ea quæ pro verisimilibus sumpta sunt. Primum
^{confutatio}
 dubia sumpta esse pro certis. Deinde etiam in perspicue
^{verisimilia}
 falsis eadem posse dici. Tum ex iis quæ sumpserint, non
 effici quæ velint. Accedere autem oportet ad singula, sic
 vniuersa frangētur. Cōmemoranda sunt etiam exempla,
 quibus simili in disputatione creditum non sit: cōquirēda

non astrictis vinculo legum.

PARTITIONES

1. utendum est a
conquiescentia quae
ad tendat quod
impediat periculum
ex calumnia

conditio cōmunis periculi, si ingeniis hominū crimino-
forum sit, exposita vita innocentium. C. F. Quoniam
vnde inveniuntur quæ ad fidem pertinent, habeo: quem-
admodum in dicendo singula tractentur, expecto. C. P.
Argumentationem querere videris, quæ est argumēti ex-
plicatio: quæ sumpta ex his locis qui sunt expositi, confi-
ciēda & distinguēda dilucidè est. C. F. Planè istuc ipsum
desidero. C. P. Est ergo (vt suprà dictum est) explicatio
argumenti, argumentatio: sed ea conficitur, cum sumptis
ris aut nō dubia, aut probabilia ex quibus id efficias, quod
aut dubium, aut minus probabile per se videtur. Argu-
mentandi autem duo sunt genera: quorum alterum ad fi-
dem directò spectat: alterum se inflectit ad motum. Diri-
gitur, cum proposuit aliquid quod probaret, sumpsitq; ea
quibus vteretur: atque his confirmatis, ad propositū sese
retulit, atq; conclusit. Illa autē altera argumentatio, quasi
retro, & contrā prius sumit quæ vult, eaque confirmat:
deinde id quod proponendum fuit, per motis animis ia-
cit ad extremū. Est autem illa varietas in argumentando.
& non iniucunda distinctio, vt cū interrogamus nosmet-
ipsos, aut percontamur, aut imperamus, aut optamus: quæ
sunt cum aliis compluribus sententiarum ornamēta. Vi-
tare autem similitudinem poterimus, non semper à pro-
posito ordientes, & si non omnia confirmādo disputabi-
mus, breuiterq; interdū, quæ erunt satis aperta, ponemus:
quodq; ex his efficietur, si id apertum sit, non habebimus
necessè semper concludere. C. F. Quid illa quæ sine ar-
te appellantur, quæ iamdudum assumpta dixisti, ecquo-
nam modo, ecquonam loco artis indigēt? C. P. Illa verò
indigēt:

delatorum

ex quibus locis et rebus et quæ bonum erantur de inmentis

in oratione

topica et quæ sunt bonum

quæ sunt in materia argumēti rationis

consequenter quæ sunt rationem

ad fidem argumēti inestatio

in propositum

quia explicatio

quod fuit proponendum ante sumptiones

inest et colligitur

quæ sunt inestatio et argumentando et

capite

non eadem rationibus

sumptionibus colligitur

vt intelligat possit in and rationibus

atque

extrinsecus adhibetur

indigent: & nec eò dicuntur sine arte, quòd ita sunt, sed
 quòd ea non parit oratoris ars, sed foris ad se delata, tamē
 arte tractat, & maximè in testibus. Nam de toto genere
 testium, quàm id sit infirmum, sæpe dicendum est: & ar-
 gumenta, rerum esse propria: testimonia, voluntatū: vten-
 dūmq; est exemplis, quibus testibus creditum non sit: &
 de singulis testibus, si natura vani, si leues, si cum ignomi-
 nia, si spe, si metu, si iracundia, si misericordia impulsī, si
 præmio, si gratia adducti: comparandique superiore cum
 autoritate testium, quibus tamē creditum non sit. Sæpe
 etiam quæstionibus resistendum est, quòd & dolorem fu-
 gientes multi in tormentis ementiti persæpe sunt, moriq;
 maluerunt falsum fatendo, quàm verè inficiando dolere.

Multi etiam suam vitam neglexerunt, vt eos qui his cha-
 riores quàm ipsi sibi essent, liberarent. Alii autem, aut na-
 tura corporis, aut cōsuetudine dolendi, aut metu suppli-
 cii, aut mortis, vim tormētorum pertulerunt. Alii emen-
 titi sunt in eos quos oderant. Atq; hæc exemplis firman-
 da sunt. Neque est obscurum, quin, quoniam in vtraque
 parte sunt exempla, & item ad coniecturam faciendam
 loci, in contrariis contraria sint sumenda. Atque etiam
 incurrit alia quædam in testibus, & in quæstionibus ratio.
 Sæpe enim ea quæ dicta sunt, si aut ambiguè, aut incon-
 stanter, aut incredibiliter dicta sunt, aut etiā aliter ab alio
 dicta, subtiliter reprehenduntur. C.F. Extrema tibi pars
 restat orationis, quæ posita in perorando est, de qua sanè
 velim audire. C.P. Facilior est explicatio perorationis,
 Nam est diuisa in duas partes, amplificationem, & enu-
 merationem. Augendi autem & hic est proprius locus in

PARTITIONES

perorando : & in cursu ipso orationis declinationes ad
amplificandum dantur confirmata re aliqua , aut repre-
hēsa. Est igitur amplificatio grauior quædam affirmatio,
quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem . Ea &
verborum genere conficitur , & rerum . Verba ponenda
sunt, quæ vim habeant illustrandi, nec ab usu sint abhor-
rentia: grauiora, plena sonantia, iuncta, facta, cognominata,
non vulgata, superlata, in primisq; translata, nec in singu-
lis verbis, sed in continentibus soluta, quæ dicuntur sine
coniunctione, vt plura videantur. Augent etiā relata ver-
ba, iterata, duplicata, & ea quæ ascendūt gradatim ab hu-
milioribus verbis ad superiora. Omninōq; semper quasi
naturalis , & non explanata oratio , sed grauib; referta
verbis, ad augendum accommodatior. Hæc igitur in ver-
bis, quibus actio vocis, vultus & gestus cōgruens, & apta
ad animos permouendos, accommodata est. Sed & in ver-
bis, & in actione causa erit tenēda, & pro re agēda. Nam
hæc quia videntur perabsurda, cum grauiora sunt quàm
caussa, diligenter ferē, quid quemque deceat, iudicandum
est. Rerum amplificatio sumitur eisdem locis omnibus,
quibus illa quæ dicta sunt ad fidem: maximēq; definitio-
nes valent conglobatæ, & consequentium frequentatio,
& contrariarum, & dissimilium, & inter se pugnantium
rerum conflictio, & causæ, & ea quæ sunt de causis or-
ta, maximēq; similitudines & exempla: fictæ etiam perso-
næ, muta denique loquantur. Omninōq; ea sunt adhibē-
da, si causa patitur, quæ magna habentur: quorum est du-
plex genus. Alia enim magna natura videntur, alia usu.
Natura, vt cælestia, vt diuina, vt ea quorū obscuræ causæ,

vt in

in reliqua oratione

dispositiones

mens auditibus efficiat ut fides habeatur atq; credatur

evidenter demonstrandi a consuetudine loquendi nam aliqui obsecrantes orationem.

non vicia, illa omnia pondera hyperbolica metonymica

multis licentur

quod narrare videtur deum abrupta, non satis explicata

atq; accommodanda est

Causa erit pondera remota, duntaxat in antiquo codice legitur.

Vide num sit legendum quid quam deceat ut referat causam.

ethopia est cum inducimus personam loquentem. idcirco autem cum personam moruam loqui fas erimus.

duæ sunt species

propter suam essentiam

propter usum et officium

vt in terris mundoque admirabilia quæ sunt : ex quibus, similibusq; si attendas, ad augendum permulta suppetunt. Vfu, quæ videtur hominibus aut prodesse, aut obesse vehementius. quorum sunt genera ad amplificandum tria. Nam aut charitate mouentur homines, vt deorum, vt patriæ, vt parentum: aut amore, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum, vt familiariū: aut honestate, vt virtutum, maximæque earum quæ ad communionem hominum, & liberalitatem valent. Ex his & cohortationes sumuntur ad ea retinenda, & in eos à quibus ea violata sunt, odia incitantur, & miseratio nascitur, proprius locus augendi in iis rebus aut amissis, aut amittendi periculo. Nihil est enim tam miserabile, quam ex beato miser. Et hoc totū quidē moueat, si bona ex fortuna quis cadat, & à quorum charitate diuellatur, quæ amittat, aut amiserit, in quibus malis sit, futurusve sit, exprimatur breuiter. Cito enim arefcit lachryma, præsertim in alienis malis. Nec quicquā in amplificatiōe nimis enucleādum est. minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit. Illud iam est iudicii, quo quaque in causā genere vtamur augendi. In illis autem causis quæ ad delectationem exorantur, ii loci tractandi sunt, qui mouere possunt expectationem, admirationē, voluptatē. In cohortationibus autem, bonorum ac malorum enumerationes & exempla valent plurimum. In iudiciis, accusatori ferè, quæ ad iracundiam: reo plerunque quæ ad misericordiam pertinent. Nonnunquam tamē accusator misericordiam mouere debet, & defensor iracundiam. Enumeratio reliqua est, nonnunquam laudatori, suasori non sæpe, accusatori

b ii

+ Cum modi sunt illi de quibus in natura loquutus est. In antiquo codice legitur, qui mouere possunt expectationem, admirationem, voluptatem, quod si ita legimus ita vultuamus, quæ mouere possunt expectationem, et sic in reliquis. quæ lectio non est improbanda.

Gradatio, nunquam, non sæpe, sæpe.

PARTITIONES

sæpius quàm reo necessaria. Huius ipsa tēpora duo sunt:

*ut si causa est, aut si post actum
fuit, utrum habiles oratores
sint, utrum
iudicium*
si aut memoriæ diffidas eorū apud quos agas, vel inter-
enumeratis
uallo temporis, vel longitudine orationis: aut frequenta-

tis firmamētis orationis, & breuiter expositis, vim est ha-

bitura causa maiorem. Et reo rarius vtendum est, quod

firmamenta accusatoris
ponenda sunt contraria, quorum dissolutio in breuitate

*in vetusto codice
legitur, non
ducatur.*
latebit, aculei pungent. Sed erit in enumeratione vitan-

*ne videamus pueriliter nostram
memoriam ad tentare*
dum, ne ostentatio memoriæ suscepta videatur esse pue-

*verabit in
enumeratione*
rilis. Id effugiet, qui non omnia mininia repetet, sed bre-

firmamenta quibus pendet causa
uia singula attingens, pondera rerum ipsa comprehendet.

C.F. Q V O N I A M & de ipso oratore, & de ora-

tione dixisti, expone eum mihi nunc, quē ex tribus extre-

mum proposuisti quæstionis locum. C.P. Duo sunt, vt

initio dixi, quæstionum genera: quorum alterum finitum

quia disceptatio est
temporibus & personis, controuerſam, causſam appello:

alterum infinitum, nullis neque personis, neque tempori-

*quia impossibile est
disputare*
bus notatum, propositum voco. Sed est consultatio quasi

pars causſæ quædam, & controuerſiæ. Inest enim infini-

tum in definito, & ad illud tamen referuntur omnia.

Quamobrem prius de proposito dicamus: cuius genera

sunt duo: cognitionis alterum: eius scientia est finis, vt ve-

rīne sint sensus. Alterum actionis: quod refertur ad efficiē-

dum quid. vt si quærat, quibus officiis amicitia colenda

ſit. Rursus superioris genera sunt tria: ſit necne, quid ſit,

quale ſit. Sit necne, vt, ius in natura ſit, an in more. Quid

autem ſit, ſitne ius id quod maiori parti ſit vtile. Quale

autem ſit, iuſtè viuere ſit necne vtile. Actionis autē duo

sunt genera. Vnum ad perfequendum aliquid, aut decli-

adipiscendum
nandum: vt, quibus rebus adipiſci gloriam poſſis, aut quo

*nimirum vitiis, et
rebus prædictis*
modo

modo inuidia vitetur. Alterum, quod ad aliquod com-
modum ysumq; refertur, vt quemadmodum sit respubli-
ca administranda, aut quemadmodum in paupertate vi-
uendum. Rursus autem ex cognitionis consultatione, vbi
sit, necne sit, aut fuerit, futurumve sit quæritur, vnum ge-
nus est quæstionis, possitne aliquid effici: vt cum quæri-
tur ecquisnam perfecte sapiēs esse possit. Alterum, quem-
admodum quidque fiat, vt quonā pacto virtus pariat, *quemadmodum quidque fiat*
naturāne, an ratione, an vsu. Cuius generis sunt omnes in
quibus vt in obscuris naturalibusque quæstionibus caus-
sæ rationēsque rerum explicantur. Illius autem generis,
in quo quid sit id de quo agitur, quæritur, duo sunt ge-
nera quorum in altero disputandum est, aliud an idem *id est virtus*
sit, vt pertinacia & perseuerantia. in altero autem descri-
ptio generis alicuius, & quasi imago exprimenda est, vt *species*
qualis sit auarus, aut quid sit superbia. Tertio autem in ge-
nere, in quo quale sit quæritur, aut de honestate, aut de *aut turpi*
vtilitate, aut de æquitate dicendū est. De honestate sic, vt
honestumne sit pro amico periculum aut inuidiam sub-
ire. De vtilitate autem sic, vt sitne vtile in republica ad-
ministranda versari. De æquitate vero sic, vt sitne æquum
amicos cognatis anteferre. Atque in hoc eodem genere,
in quo quale sit quæritur, exoritur aliud quoddam dispu-
tandi genus. Non enim simpliciter solum quæritur quid
honestum sit, quid vtile, quid æquum, sed etiam ex com-
paratione, quid honestius, quid vtilius, quid æquius, atq;
etiam quid honestissimum, quid vtilissimum, quid equis-
simū: cuius generis illa sunt, quæ præstantissima sit digni-
tas vitæ. Atq; ea quidē quæ dixi, cognitionis sunt omnia.

*vt non quidam in
res alienas, sed
tuis sit contentus.*

*aut quid sit superbus
in veteri codice legitur*

quoddam alia forma quæstionis

*utrum honestius quid est
comparatio de virtutibus*

inter plura

superlativis

generis

pertinent ad scemiam

*+ minimū quæ rebus
etc. magis tractibus præclaris
eos his edemumq; heroica
quodam virtute est compar-
nata.*

PARTITIONES

Restat actionis locus, cuius alterum est præcipiendi ge-
 nus, quod ad rationem officii pertinet: vt quemadmodū
 colendi sint parentes. Alterum autē ad sedandos animos,
 & oratione sanandos, vt in consolandis moeroribus, vt in
 iracundia comprimenda, aut in timore tollendo, aut in
 cupiditate minuenda. Cui quidem generi contrarium est
 disputandi genus ad eosdem illos animi motus (quod in
 amplificanda oratione sæpe faciendum est) vel gignen-
 dos, vel concitandos. Atque ferè hæc est partitio consul-
 tationum. C.F. Cognoui: sed quæ ratio est in his inue-
 niendi & disponendi, requiro. C.P. Quid tu? Aliamne
 censes, & non eandem esse quæ est exposita, vt ex iisdem
 locis ad fidē & ad inueniendum ducantur omnia? Collo-
 candi autē quæ est exposita in aliis ratio, eadē huc trans-
 fertur. Cognita igitur omni distributione propositarum
 consultationum, controuersiarum, causarum genera re-
 stant omnino. Et earum quidem forma duplex est: qua-
 rum altera delectationem sectatur aurium: alterius, vt ob-
 tineat, probet, & efficiat quod agit, omnis est suscepta cō-
 tentio. Itaque illud superius exornatio dicitur: quod cum
 latum genus esse potest, sanēque varium, vnum ex eo de-
 legimus, quod ad laudandos claros viros suscepimus, &
 ad improbos vituperandos. Genus enim nullum est ora-
 tionis, quod aut vberius ad dicendum, aut vtilius ciuitati-
 bus esse possit, aut in quo magis orator in cognitione vir-
 tutum vitiorūque versetur. Reliquum autem genus
 causarum aut in prouisione posterius temporis, aut in pre-
 teriti disceptatione versatur: quorum alterum deliberationis
 est, alterum iudicii. Ex qua partitione tria genera
 causarum

Degenerata est hæc
 littera, sicut legenda,
 distributione propositarum;
 causarum genera.

+ unde

^{causarum} extiterunt. Vnum, quod à meliori parte, lauda-
^{causarum} tionis est appellatum, deliberationis alterum, tertium iu-
 dicatorum. Quamobrem de primo primùm, si placet,
 disputemus. C.F. Mihi verò placet. C.P. Ac laudandi,
 vituperandique rationes, quæ non ad bene dicendum so-
 lùm, sed etiam ad honestè viuendū valent, exponam bre-
 uiter, atque à principiis exordiar & laudandi, & vitupe-
 randi. Omnia enim sunt profecto laudanda, quæ coniun-
 cta cum virtute sunt: & quæ cū vitiis, vituperanda. Quam-
 obrem finis alterius est honestas, alterius turpitudine. Con-
^{rationis demonstratio} ficitur autē genus hoc dictionis, narrandis exponendisque;
^{propter quod in quas} factis, sine vllis argumentationibus, ad animi motus leni-
^{ad probandum} ter tractandos magis quàm ad fidem faciendam aut con-
 firmandam accommodatæ. Non enim dubia firman-
^{confessio} tur, sed ea quæ certa, aut pro certis posita sunt augentur.
 Quamobrem ex iis, quæ antè dicta sunt, & narrandi &
^{in quibus locum} augendi præcepta repetentur. Et quoniam in his causis
 omnis ratio ferè ad voluptatem auditoris & ad delecta-
 tionem refertur, vtendum erit iis in oratione singulo-
 rum verborum insignibus, quæ habent plurimum sua-
 uitatis: id est, vt factis verbis, aut vetustis, aut trās-
^{in istis verbis conuenientis} latis fre-
 quenter vtamur: & in ipsa constructione verborum, vt
 paria paribus, & similia similibus sepe referantur, vt con-
^{apto ambitu comprehensa} traria, vt geminata, vt circumscripta numerosè, non ad si-
 militudinem versuum, sed ad explendum aurium sen-
^{modulatione} sum, apto quasi quodam verborum modo. Adhiben-
 daque frequentius etiam illa ornamenta rerum sunt, si-
^{præter expectationem} ue quæ mirabilia, necopinata: siue significata monstris,
^{quem laudamus} prodigiis, oraculis: siue quæ videbuntur ei de quo agi-

PARTITIONES

^{providentia deorum}
 mus, accidisse diuina, atque fatalia. Omnis enim expecta-
 tio eius qui audit, & admiratio, & improvisi exitus ha-
^{quoniam tres sunt species bonorum et malorum}
 bent aliquam in audiendo voluptatem. Sed quoniam in
^{ut a quibus parentibus quibus in matris}
 tribus generibus bona malave versantur, externis, cor-
^{genere} poris, & animi: ^{modeste} prima sunt externa, quæ ducuntur à gene-
^{discursum} re: quo breuiter modicæque laudato, aut, si erit infame,
^{quia prelucent suis maioribus} prætermisso: si humile, vel præterito, vel ad augendâ eius
 quem laudas, gloriam, tacto: deinceps, si res patiatur, de
 fortunis erit & facultatibus dicendum. Postea de corpo-
^{est spiritum virtutis} ris bonis: in quibus quidem, quæ virtutem maximè signi-
 ficat, facillimè forma laudatur. Deinde est ad facta veniē-
 dum: quorum collocatio triplex est. aut enim temporum
 seruandus est ordo: aut in primis recentissimum quodq;
 dicendum: aut multa & varia facta in propria virtutum
 genera sunt digerenda. Sed hic locus virtutum atque vi-
^{multorum philosophorum} tiorum latissime patens, ex multis & variis disputationi-
 bus nunc in quandam angustam & breuem cōcludetur.
^{est virtus moralis} Est igitur vis virtutis duplex. Aut enim scientia cernitur
 virtus, aut actione. Nam quæ prudentia, quæ calliditas,
^{est virtus intellectualis} quæq; grauissimo nomine sapiētia appellatur, hæc scien-
^{quæ passim est in actibus laudabilibus} tia pollet vna. Quæ vero moderandis cupiditatibus, re-
^{in actione} gendisque animi motibus laudatur, eius est munus in a-
^{in domo & ratione} gendo, cui temperantiæ nomen est. Atque illa prudentia
^{in rebus propriis et primatis} in suis rebus, domestica: in publicis, ciuilis appellari solet.
^{in rebus propriis et primatis} Temperantia autem in suas itidem res, & in communes
^{in rebus propriis et primatis} distributa est: duobusque modis in rebus commodis dif-
^{in rebus propriis et primatis} cernitur, & ea quæ absunt, non expetendo: & ab iis quæ
^{in rebus propriis et primatis} in potestate sunt, abstinendo. In rebus autem incommo-
^{in rebus propriis et primatis} dis est itidem duplex. Nam quæ veniētibus malis obstat,
 fortitudo:

fortitudo: quæ quod iam adest, tolerat & perfert, patientia nominatur. Quæ autem hæc vno genere complectitur, magnitudo animi dicitur, cuius est liberalitas in usu pecuniæ, simulque altitudo animi in capiendis incommodis, & maxime iniuriis, & omne quod est eius generis, graue, infedatum, & turbulentum. In communione autem quæ posita pars est, iustitia dicitur, eaque erga deos religio, erga parentes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolentia nominatur. Atque hæc quidem virtutes cernuntur in agendo. Sunt autem aliæ quasi ministræ comitesque sapientiæ: quarum altera, quæ sint in disputando vera, atque falsa, quibusque positis quid sequatur, distinguit, & iudicat. quæ virtus omnis in ratione scientiæque disputandi sita est: altera autem oratoria. Nihil enim est aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapientia: quæ ex eodem hausta genere, quo illa quæ in disputando, vberior est, atque latior, & ad motus animorum, vulgique sensus accommodatior. Custos vero virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemque maxime consequens, verecundia est. Atque hi sunt quidem ferè quasi quidam habitus animi sic affecti & constituti, ut sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti, à quibus ut quæque res gesta est, ita sit honesta necesse est, summæque laudabilis. Sunt autem alii quidam perfecti animi habitus ad virtutem quasi præculi & præparati rectis studiis & artibus, ut in suis rebus studia literarum, ut numerorum, ac sonorum, ut mensuræ, ut syderum, ut equorum, ut venandi, ut armorum. In communibus propensiora studia

PARTITIONES

in aliquo genere virtutis colendo, aut diuinis rebus de-
 seruiendo, aut parentibus, amicis, hospitibus, præcipue
 atque insigniter diligendis. Atq; hæc quidem virtutum:
 vitiorum autem sunt genera contraria. ^{virtutibus} Cernenda autem
 sunt diligenter, ne fallant ea nos vitia, ^{ne accipiamus ea vitia pro virtutibus} quæ virtutem vi-
 dentur imitari. Nam & prudentiam malitia, & tempe-
 rantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, & ma-
 gnitudinem animi superbia in animis extollendis, & de-
 spicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem
 effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & patientiam
 duritia immanis, & iustitiam acerbitas, & religionem su-
 perstitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam ti-
 miditas, & illam disputandi prudentiam concertatio, ca-
 ptatioq; verborum, & hanc oratoriam vim inanis quæ-
 dam profluentia loquendi. Studiis autem bonis similia
 videntur ea quæ sunt in eodem genere nimia. Quamob-
 rem omnis vis laudandi vituperandique ex his sumetur
 virtutum vitiorumque partibus: sed in toto quasi con-
 textu orationis hæc erunt illustranda maxime, quemad-
 modum quisque generatus, quemadmodum educatus,
 quemadmodum institutus, moratusque fuerit, & si quid
 cui magnum aut incredibile acciderit, maximèque si id
 diuinitus accidisse potuerit videri: tum quod quisq; sen-
 serit, dixerit, gesserit, ad ea quæ proposita sunt virtutum
 genera, accommodabuntur, ex illisq; iisdem inueniendi
 locis causæ rerum, & euentus, & consequentia requiren-
 tur. Neque vero mors eorum quorum vita laudabitur, si-
 lentio præteriri debet, si modò quid erit animaduertē-
 dum aut in ipso genere mortis, aut in iis rebus quæ post
 mortem

ut si quis adeptus fuerit
gloriam publicam post
mortem

mortem erunt consecutæ. C.F. Accepi ista, didiciq; bre-
uiter, non solum quemadmodum laudarem alterum, sed
etiam quemadmodum eniterer ^{comparatis huiusmodi virtutibus} ut possem ipse iure lau-
dari. Videamus igitur deinceps, in sententia dicenda quã
viam, & quæ præcepta teneamus. C.P. Est igitur in de-
liberando ^{in deliberatione} finis utilitas, ad quem omnia referuntur in cõ-
silio dando, sententiãque dicenda: ut illa prima sint sua-
sori aut dissuasori videnda, quid aut possit fieri, aut non
possit: & quid aut necesse sit, aut non necesse. Nam & si
quid effici nõ potest, deliberatio tollitur, quanvis utile sit:
& si quid necesse est (necesse autem id est, sine quo salui
liberive esse nõ possumus) ^{virtutibus} id est reliquis & honestatibus
in civili ratione, & commodis anteponendum. Cum au-
tem quæritur quid fieri possit, videndum etiam est quã
facile possit. Nam quæ perdifficilia sunt, perinde haben-
da sæpe sunt, ac si effici non possint. Et cum de necessita-
te attendemus, etsi aliquid ^{capimus} non necessarium videbitur,
videndum tamen erit quã sit magnũ. Quod enim per-
magni interest, pro necessario sæpe habetur. Itaque cum
constet hoc genus causarum ex suasionem & dissuasio-
ne, ^{vna confirmandi} suasori proponitur simplex ratio, si & utile est, & fie-
ri potest, fiat. ^{proponitur ratio dissuadendi} Dissuasori duplex: vna, si non utile est, ne
fiat: altera, si fieri non potest, nec suscipiatur. Sic suasori
vtrunque docendum est, dissuasori alterum infirmare sat
est. Quare quoniam in his versatur omne cõsiliũ ^{deliberatio} duobus, de utilitate antè dicamus, quæ in discernendis bonis
malisque versatur. Bonorum autem partim necessaria
sunt: ut vita, pudicitia, libertas: ut liberi, coniuges, germa-
ni, parentes: partim non necessaria, quorum alia sunt per

id. est

PARTITIONES

se expetenda, vt ea quæ sita sunt in officiis, atque virtu-
 tibus: alia quòd aliquid commodi efficiunt, vt opes, &
 copix. Eorum autem quæ propter se expetuntur, partim
 honestate ipsa, partim commoditate aliqua expetuntur.
 Honestate, ea quæ proficiuntur ab iis virtutibus, de
 quibus paulo antè est dictum: quæ sunt laudabilia ipsa
 per se. Commoditate autem aliqua, quæ sunt in cor-
 poris aut fortunæ bonis expetenda. Quorum alia sunt
 quasi quodammodo cum honestate coniuncta, vt honos,
 vt gloria: alia diuersa, vt vires, forma, valetudo, nobili-
 tas, diuitiæ, clientelæ. Est etiam quasi quædam materies
 subiecta honestati, quæ maxime spectatur in amicitiiis: a-
 micitix autem charitate & amore cernuntur. Nam cum
 deorum, tum parentum patriæque cultus, eorumque ho-
 minum qui aut sapientia aut opibus excellunt, ad chari-
 tatem referri solet. Cōiuges autem, & liberi, & fratres, &
 alii quos vsus familiaritasque cōiunxit, quanquam etiam
 charitate ipsa, tamen amore maxime continentur. In his
 igitur rebus cum bona sint, facilè est intellectu quæ sint
 contraria. Quod si semper optima tenere possemus, haud
 sanè, quoniam quidem ea perspicua sunt cōsilio multum
 egeremus. Sed quia temporibus, quæ vim habent maxi-
 mam, persæpe euenit vt utilitas cum honestate certet, ea-
 rumque rerū contentio plerunque deliberationes efficit,
 ne aut opportuna propter dignitatē, aut honesta propter
 vtilitatem relinquuntur, ad hanc difficultatem explican-
 dam præcepta referamus. Et quoniā non ad veritatem so-
 lum, sed etiam ad opiniones eorum qui audiūt, accōmo-
 danda est oratio, hoc primū intelligamus, hominū duo
 esse

+ quæ sequuntur
virtutem, ideo
propter se
expetuntur.

+ et ideo statim
expetere vult. vel
viri habent perspi-
cuam quæ maxime
mouet homines cum
intelligitur.

nec utilia nec
honestia.

commoditas

utilia

honestatem

circumstantiis

intelligere

utilia et honesta

maxime in his spectatur amor

qui dicuntur amici et necearii

obseruantia

quæ potentia
in se habent
et quæ

quæ bona sunt
corporalia

non coniuncta cum honestate, ideo
non propter se expetenda.

quæ bona sunt fortune

in se habent
et quæ

A officia quæ oriuntur ex virtutibus

propter honestatem et commoditatem coniunctas

potentia

non per se

esse genera: alterum indoctum, & agreste, quod anteferat
 semper vtilitatē honestati: alterum expolitu, quod rebus
 omnibus dignitatem anteponat. Itaque huic generi laus,
 honos, gloria, fides, iustitia, omnisq; virtus: illi autē alteri
 quæstus, emolumētum, fructusq; proponitur, atq; etiam
 voluptas, quæ maxime est inimica virtuti, boniq; naturā
 fallaciter imitādo adulterat: quam immanissimus quisq;
 acerrimē sequitur, neq; solum honestis rebus, sed etiam
 necessariis anteponit. In suadendo, cum ei generi homi-
 num consilium des, sæpe fanē laudanda est, & illud vidē-
 dum, quanto magis homines mala fugiant, quā sequan-
 tur bona. Nā neque honesta tam expetunt, quā deui-
 tant turpia. Quis enim honorem, quis gloriam, quis lau-
 dem, quis vllum decus tam vnquā expetat, quā vt igno-
 miniam, infamiam, cōtumeliā, dedecus fugiat? quarum
 rerum dolor grauis est. Est genus hominum ad honesta-
 tem natum, malo cultu, prauisq; opinionibus omne cor-
 ruptum. Quare in cohortando atque suadendo propo-
 situm quidem erit nobis illud, vt doceamus qua vi bona
 cōsequi, malāq; vitare possimus. Sed apud homines bene
 institutos, plurimum de laude & de honestate dicemus,
 maximēq; ea virtutum genera tractabimus, quæ in com-
 muni hominum vtilitate tuenda augendāque versantur.
 Sin apud indoctos imperitosq; dicemus, fructus, emolu-
 menta, voluptates, vitationēsq; dolorum proferatur, ad-
 dantur etiam cōtumeliæ atq; ignominie. Nemo enim est
 tam agrestis, quem non, si ipsa minus honestas, contume-
 lia tamen & dedecus magnopere moueat. Quare quod
 ad vtilitatē spectat, ex iis quæ dicta sunt, reperietur. Quid

PARTITIONES

autem possit effici, necne possit, in quo etiā quān facile
 possit, ^{quān sit expeditum} quāque expediat, quāri solet, maximē ex causis
 iis quē ^{quæ vim habent ad efficiendum} quāque rem efficiat, est videndum. Causarum
 autem genera sunt plura. Nam sunt aliæ quæ ipsæ confi-
 ciunt, aliæ quæ ^{quæ adiuvant ad conficiendum cum aliis non efficiant} vim aliquam ad conficiendum afferunt.
 Itaque illæ superiores, conficientes vocentur, hæ reliquæ
 ponantur in eo genere, vt sine his confici nō possit. Con-
 ficiens autē causa, <sup>quæ per se aliquid absolute efficit, vt rem
 accendit et non accendit sapientem</sup> alia est absoluta, & perfecta per se: alia
 aliquid adiuuans, & efficiendi socia quædā. cuius generis
 vis varia est, & sæpe aut maior aut minor: vt & illa quæ
 maximam vim habet, sola sæpe causa dicatur. Sunt autē
 aliæ causæ, quæ aut propter principium, aut propter exi-
 tum conficientes vocantur. Cum autem quæritur quid
 sit optimum factu, aut utilitas, aut spes efficiendi ad assen-
 tiendum impellit animos. Et quoniam de utilitate iam di-
 ximus de efficiendi ratione dicamus. Quo toto genere,
 quibuscum, & contra quos, quo tempore, aut quo loco,
 aut quibus facultatibus, armorum, pecuniæ, sociorum, ea-
 rumve rerum quæ ad quāque rem efficiendam perti-
 nent, possimus uti, requirendum est. Neque solum ea sunt
 quæ nobis suppetunt, sed etiam illa quæ aduersantur, vi-
 denda. Et si ex cōtentione procliuiora erunt nostra, non
 solum effici posse quæ suademus, erit persuadendum, sed
 curandum etiam, vt illa facilia, procliua, iucunda videan-
 tur. Dissuadentibus autē, aut utilitas labefactanda est, aut
 efficiendi difficultates efferendæ, neque aliis ex præceptis,
 sed iisdem ex suasionis locis. Vterque vero ad augendum
 habeat exemplorum aut recentium, quò notiora sint, aut
 veterū, quò plus authoritatis habeāt, copiam. Maximēq;
 fit in

^{exercitatus orator} fit in hoc genere meditatus, vt possit vel vtilia ac neces-
^{ut qui pndictam liberat} saria sæpe honestis, vel hæc illis anteferre. Ad commo-
 uendos autem animos maximè proficient, si incitandi
 erunt huiusmodi sententiæ, quæ ad explendas cupidita-
 tes, aut ad odium satiandum, aut ad vlciscendas iniurias
^{dicendum erit} pertinebunt. Sin autem reprimendi, de incerto statu for-
 tunæ, dubiisq; euentis rerum futurarum, & retinēdis suis
 fortunis, si erunt secundæ: si autem aduersæ, de periculo
^{p. v. c. omni} commonendi. Atque hi quidem sunt perorationis loci.
^{in deliberatione generat} Principia autē in sententiis dicendis breuia esse debebūt.
 Non enim supplex vt ad iudicem venit orator, sed hor-
 tator, atque author. Quare proponere, qua mente dicat,
 quid velit, quibus de rebus dicturus sit, debet, hortariq;
^{quod est attentiōis} ad se breuiter dicentem audiendum. Tota autem oratio
^{minime affectata} simplex, & grauis, & sententiis debet ornatior esse, quàm
 verbis. C. F. Cognoui iam laudationis & suasionis locos:
 nunc quæ iudiciis accommodata sunt expecto, idque no-
 bis genus restare vnum puto. C. P. Recte intelligis, atque
 eius quidem generis finis est æquitas, quæ non simplici-
^{tristatur} ter spectatur, sed ex ^{ut officiatue genus causæ & comparatiuum} comparatione nonnunquam, vt cum
^{quis qd. omnis sit futuris accusator} de verissimo accusatore disputatur, aut cum hæreditatis
^{agnationis} sine lege aut sine testamento petitur possessio: in quibus
^{de iudicis} causis, quid æquius, æquissimumve sit, quæritur: quas ad
^{comparatiuus materiam} causas facultas petitur argumentationum ex iis de qui-
^{in statu qualitatis iuris} bus mox dicetur equitatis locis. Atque etiam antè iudi-
^{de admittere actionem} cium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio,
^{an ille qui agit possit agere} cum aut sitne actio illi qui agit, aut iamne sit, aut nō iam
^{hæc verborum formula} esse defierit, aut illane lege, hisne verbis sit actio, queritur:
^{antequam constitutatur legitimum iudicium} quæ etiā si antè quàm res in iudiciū venit, aut concertata,

PARTITIONES.

aut diiudicata, aut confecta non sunt, tamen in ipsis iudi-
 ciis permagnum sæpe habent pondus, cū ita dicitur, Plus
 petisti, sero petisti, non fuit tua petitio, non à me, nō hac
 lege, nō his verbis, non hoc iudicio. ^{quoniam de iure post legem non erat petere} ^{quid nos iudicet} ^{translatum} Quarum caussarum
 genus est positum in iure ciuili, ^{quod sunt communis iuris} ^{iure scripto} ^{iure non scripto} ^{iure ciuili} quod est in priuatarum
 ac publicarum rerum lege aut more positum: cuius scien-
 tia neglecta ab oratoribus plerisq; nobis ad dicendum ne-
 cessaria videtur. ^{de ad mittenda actione} Quare de constituendis actionibus, ac-
 cipiendis subeundisque iudiciis, ^{ut in causis comparaturis} de excipienda iniquitate
 actionis, de comparanda æquitate, ^{verum} quòd ea ferè generis
 eius sunt, vt quanquam in ipsum iudicium sæpe dilaban-
 tur, tamen ante iudicium tractanda videantur: paululum
 ea separo à iudiciis, ^{causis iudicialibus} ^{quia præcedunt iudicia} tempore magis agendi, quàm dissimi-
 litudine generis. Nam omnia quæ de iure ciuili, aut de æ-
 quo & bono disceptantur, cadūt in eam formam in qua
 quale quid sit ambigitur, de qua dicturi sumus, quæ in æ-
 quitate & iure maximè consistit. ^{iudicialibus} In omnibus igitur caul-
 sis tres sunt gradus: ex quibus vnus aliquis capiendus est, si
 plures non queas, ad resistendum. ^{ad defensionem} Nam aut ita consisten-
 dum est, vt quod obiicitur, factum neges: aut illud quod
 factum fateare, neges eam vim habere, atque id esse quod
 aduersarius criminetur. ^{ita appellandum esse} Aut si neq; de facto, neq; de facti
 appellatione ambigi potest, ^{non potest consilium status coniecturalis} id quod arguere, neges tale
 esse, quale ille dicat: & rectum esse quod feceris, conce-
 dendumve defendas. ^{propter iustas causas} Ita primus ille status, & quasi cōfli-
 ctio cum aduersario, coniectura quadam: secundus autem
 definitione, aut descriptione atq; informatione verbi: ter-
 tius æqui, & veri, & recti, & humani ad ignoscendum dis-
 putatione tractandus est. Et quoniam semper is qui de-
 fendit,

fendit, non solū resistat oportet aliquo statu, aut inficiando, aut definiendo, aut æquitate opponenda, sed etiā rationem subiiciat reculationis suæ: primus ille status rationē

habet iniqui criminis, ipsam negationē inficiationemq;

facti. Secundus, quod nō sit in re, quod ab aduersario ponitur in verbo. Tertius, quod id recte factum esse defendet,

quod sine vlla nominis cōtrouersia factū fatetur. Deinde

unicuiq; rationi opponendū est ab accusatore id quod si

non esset in accusatione, causā omnino esse non posset.

Itaq; ea quæ sic referuntur, continētia causarū vocentur:

quāquā non ea magis quæ contra rationem defensionis

afferuntur, quā ipsæ defensionis rationes cōtinēt causas.

Sed distinguēdi gratia, rationē appellamus eam quæ affer

tur à reo ad recusandum depellendi criminis causā, quæ

nisi esset, quod defenderet, nō haberet: firmamentū autē,

quod cōtrā ad labefactādam rationem refertur, sine quo

accusatio stare nō potest. Ex rationis autē & ex firmamē

ti conflictione & quasi concursu quæstio exoritur quædā,

quam disceptationem voco: in qua quid deueniat in iu

diciū, & de quo disceptetur, quæri solet. Nam prima ad

uersariorū contentio diffusam habet quæstionē, vt in cō

iectura, ceperitne pecunias Decius. In definitione, minue

ritne maiestatem Norbanus. In æquitate, iurēne occiderit

Opimius Gracchum. Hæc quæ primā contentionem ha

bent ex arguēdo & resistendo, lata, vt dixi, & cōfusa sunt.

Rationum & firmamētorū contentio adducit in angustā

disceptationē. ea in cōiectura nulla est. Nemo enim eius

quod negat factū, rationem aut potest, aut debet, aut so

let reddere. Itaq; in his causis eadē & prima quæstio, &

PARTITIONES

disceptatio est extrema. ^{in istam definitio} In illis autē, ^{Norbanus} vbi ita dicitur, ^{ad populum} Nō mi- ^{servilio}
 nuit maiestatem, ^{ex claudii accepto ad} quōd egit de ^{modum} Cepione ^{in istam} turbulentius. ^{ex claudii} Po- ^{tribunus}
 puli enim Ro. ^{ex claudii} dolor iustus vim illam excitauit, ^{erat} nō tribu-
 ni actio. ^{ex claudii} Maiestas autē, quoniam est magnitudo quædam
 Populi Ro. ^{ex claudii} in eius potestate, ^{reperitur} ac iure retinēdo aucta est po- ^{reperitur}
 tius, ^{ex claudii} quā diminuta. & vbi ita refertur, ^{reperitur} Maiestas est in im-
 perii atq; in omni Populi Ro. dignitate, ^{populi} quam minuit is ^{tumultum}
 qui per vim multitudinis ^{ex claudii} rem ad seditionem vocauit: ^{ex claudii} exi-
 stit illa disceptatio, ^{multitudinem in eundem} minueritne maiestatem, ^{in istam} qui voluntate ^{turbulente}
 Populi Rom. ^{qualitatis} rem gratam & æquam per vim egerit. ^{per qualitatem absolutam} In ^{per qualitatem absolutam}
 his autem caussis, ^{per qualitatem absolutam} vbi aliquid recte factū, ^{per qualitatem absolutam} aut concedendū
 esse factum defenditur, ^{interfecti} cum est facti subiecta ratio, ^{interfecti} sicut
 ab Opimio, ^{interfecti} Iure feci, salutis omniū, & cōseruandę reipub. ^{interfecti}
 causa: ^{interfecti} relatumq; ^{interfecti} est ab Decio, ^{interfecti} Ne sceleratissimū quidem
 ciuem sine iudicio ^{interfecti} iure vllō necare potuisti: ^{interfecti} oritur illa di-
 sceptatio, ^{interfecti} potueritne recte salutis reip. ^{interfecti} causa ^{interfecti} ciuem euer-
 lore ciuitatis ^{interfecti} indēnatū necare. ^{interfecti} Ita disceptationes eā, ^{interfecti} quæ
 in iis cōtrouersis ^{interfecti} oriuntur, ^{interfecti} quę sunt certis personis & tē-
 poribus notatę, ^{interfecti} fiunt rursus infinitę, ^{interfecti} detractisq; ^{interfecti} tempori-
 bus & personis, ^{interfecti} rursus ad consultationis ^{interfecti} formam ratio-
 nemq; ^{interfecti} reuocantur. ^{interfecti} Sed in gratissimis ^{interfecti} firmamentis & illa
 ponenda sunt, ^{interfecti} siqua ex scripto legis, ^{interfecti} aut testamenti, ^{interfecti} aut
 verborum ipsius iudicii, ^{interfecti} aut alicuius stipulationis ^{interfecti} aut cau-
 tionis ^{interfecti} opponuntur ^{interfecti} defensionī ^{interfecti} contraria. ^{interfecti} Ac ne hoc qui-
 dem ^{interfecti} genus in eas ^{interfecti} caussas ^{interfecti} incurrit, ^{interfecti} quæ ^{interfecti} coniectura ^{interfecti} conti-
 nentur. ^{interfecti} Quod enim factum ^{interfecti} negatur, ^{interfecti} id argui ^{interfecti} non potest
 scripto: ^{interfecti} ne in definitionem ^{interfecti} quidem ^{interfecti} venit ^{interfecti} genere ^{interfecti} scri-
 pti ^{interfecti} ipsius. ^{interfecti} Nam etiam si ^{interfecti} verbum ^{interfecti} aliquod ^{interfecti} de ^{interfecti} scripto ^{interfecti} de-
 finiendum ^{interfecti} est, ^{interfecti} quam vim ^{interfecti} habeat, ^{interfecti} vt ^{interfecti} cum ^{interfecti} ex ^{interfecti} testamentis
 quid sit

^{quid significet} quid sit penus: aut cum ex lege ^{vendendum proediorum} prædii quæritur quæ sunt
^{positi in lege} ruta cæsa, non scripti genus, sed verbi interpretatio con-
^{efficit} trouersiam parit. Cum autem ^{plures sunt significationes scripti} plura significantur scripto,
^{voluntatem} propter verbi aut verborum ambiguitatem, vt liceat ei
^{scriptum non sit ambiguum} qui contrà dicat, eò trahere significationem scripti, quò
^{legislatoris} expediat, aut velit: aut etiam si ambigue scriptum non sit,
^{de qua est controuersia} vel à verbis voluntatem & sententiam scriptoris abduce-
^{iudicatio} re, vel alio se eadem de re contrariè scripto defendere,
^{quod elucet significare ipso vocabulo scriptor} tum disceptatio ex scripti contentione existit: vt in am-
^{in articulo} biguis disceptetur, quid maxime significetur: in scripti
^{summa quaestio, et iudicatio} sententiæq; contentione, vtrum potius sequatur iudex: in
^{ad quam} contrariis scriptis, vtrum magis sit comprobandum. Di-
^{conferantur} sceptatio autem cum est constituta, ^{ducta?} proposita esset debet
^{qua argumenta} oratori, quò omnes argumētationes repetitæ ex inueniē-
^{receptacula} di locis coniciantur. Quod quanquā satis est ei qui videt
^{hypothecor} quid in quoq; loco lateat, quiq; illos locos tanquam the-
^{cum reus negat} sauros aliquos argumentorū notatos habet, tamē ea quæ
^{int in duos} sunt certarum caussarum propria, tangemus. In cōiectu-
^{sub causa criminis habet que petitionem} ra igitur cum est in inficiando reus, accusatori hæc duo
^{etiam si causa non sit criminalis} prima sunt (sed accusatorem pro omni actore & petitore
^{hi statim} appello. possunt enim etiā sine accusatore in caussis hæc
^{qua aliquid efficit quod dicitur} eadem controuersiarū genera versari) sed hæc duo sunt ei
^{sequitur causam} prima, causa, & euetus. Causam appello rationē efficien-
^{in genere deliberatione} di: euentum, id quod est effectū. Atq; ipsa quidem partitio
^{facilitatem argumenta qui vult probare coniecturam} caussarū paulo antè in suasionis locis distributa est. Quæ
^{deliberatione} enim in cōsilio capiēdo futuri temporis præcipiebantur,
^{facilitatem argumenta qui vult probare coniecturam} quamobrem aut vtilitatē videntur habitura, aut efficien-
^{deliberatione} di facultatē: eadem, qui de facto argumētabitur, colligere
^{deliberatione} debet. Quamobrem & vtilia illi quem arguet, fuisse, &

PARTITIONES

ab eo effici potuisse ^{accusator} demonstrat. Vtilitatis coniectura mo-
 uetur, si illud quod arguitur, aut spe bonorum, aut ma-
 lorū metu fecisse dicitur: quod fit acrius, quo illa in vtro-
 que genere maiora ponuntur. ^{augere} Spectantur etiam ad caus-
 sam facti, motus animorum, si ira recēs, si odium vetus, si
 vlciscēdi studiū, si iniuriæ dolor, si honoris, si gloriæ, si im-
 perii, si pecuniæ cupiditas, si periculi timor, si æs alienū, si
 angustie rei familiaris, si audax, si levis, si crudelis, si impo-
 tēs, si incautus, si insipies, si amans, si cōmota mēte, si vino-
 lentus, si cum spe efficiēdi, si cū opinione celādi, aut, si pa-
 tefactū esset, depellēdi criminis, vel perrumpēdi periculi,
 vel in longinquū tempus differēdi: aut si iudicii pœna le-
 uior, quā facti præmiū: aut si facinoris voluptas maior,
 quā damnationis dolor. His ferē rebus facti suspicio cō-
 firmatur, cū & voluntatis in reo causæ reperiūtur, & fa-
 cultas. In voluntate autē vtilitas ex adeptione alicuius cō-
 modi, vitationēq; alicuius incōmodi quæritur, vt aut spes
 aut metus impulsisse videatur, aut alius repentinus animi
 motus, qui etiā citius in fraude, quā ratio vtilitatis im-
 pellit. Quāobré sint hæc dicta de causis. C.F. Teneo, &
 quæro qui sint illi euentus quos ex causis effici dixisti.
 C.P. Cōsequētia quædā signa præteriti, & quasi impressa
 facti vestigia, quæ quidē vel maxime suspiciōne mouent,
 & quasi tacita sunt criminū testimonia. Atq; hæc quidem
 grauiora, quod causæ cōmuniter vidētur insimulare &
 arguere omnes posse, quorū non intertuerit aliquid. Hæc
 proprie attingunt eos ipsos qui arguūtur, vt telū, vt vesti-
 giū, vt cruor, vt deprehēsum aliquid quod ablatum ere-
 ptūue videatur, vt responsum incōstāter, vt hæsitatū, vt
 titubatum,

^{et nega} titubatum, vt cum aliquo ^{conscio facinoris} visus, ex quo suspicio oriatur,
 vt eo ipso in loco visus, in quo ^{sit commissum} facinus, vt pallor, vt tre-
 mor, vt scriptum, aut obsignatū, aut depositum quippiā.
^{eventa ex signa} Hæc enim & talia sunt quæ aut in re ipsa, aut etiam antequam
^{in tempore præterito} factum est, aut postea ^{in tempore futuro} suspiciosum crimen efficiat.
 Quæ si non erunt, tamen caussis ipsis, & efficiendi facul-
 tatibus niti oportebit, adiuncta illa disputatione commu-
 ni, non fuisse illum tam amentē, vt indicia facti aut effu-
 gere aut occultare non posset, vt ita apertus esset, vt locū
^{accusationis} crimini relinqueret. Communis ille contrā locus, auda-
^{in prudentia} ciam temeritati, non prudentiæ esse coniunctam. Sequi-
^{communis} tur autem ille locus ad augendum, non esse expectandū
^{crimen reus} dum fateatur: argumentis peccata ^{evidentiis et rationibus} conuinci. & hic etiam
^{quæ inueniuntur ab oratore} exempla ponentur. Atque hæc quidem de argumentis. Sin
^{copia} autē erit etiā testium facultas: primum genus erit ipsum
^{communis ceterum} laudandum, dicendūq; , ne argumentis teneretur reus,
^{prudencia} ipsum sua cautione fecisse: testes effugere non potuisse.
^{testes} Deinde singuli laudentur. Quæ autem essent laudabilia,
^{in eorum demonstrationibus} dictum est. Deinde etiā argumēto firmo, quia tamen sæ-
^{a iudice} pe falsum est, posse rectē non credi: viro bono & firmo
^{cuius} sine vitio iudicis nō posse non credi. Atq; etiam si obscu-
^{fautores} ri testes erunt, aut tenues, dicendum erit non esse ex for-
^{condicione hominum veritatem non esse adhibendam} tuna fidem ponderandam, aut eos esse cuiusque locuple-
^{optimas} tissimos testes, qui id de quo agatur, facillime scire pos-
^{homines terti} sint. Sin quæstiones habitæ, aut postulatio vt habeantur,
^{postulantur a iudicibus} caussam adiuuabunt: confirmādum genus primum quæ-
^{quæ quidem via exprimitur necesse est, quæ testes conuincunt et in re probata} stionum erit: dicendum de vi doloris, de opinione maio-
^{ta, quædam veritatem} rum, qui eam rem totam nisi probassent, certe repudias-
^{de operibus hominis habendis} sent: de institutis Atheniensium, Rhodiorum, doctissi-

PARTITIONES

morum hominum, apud quos etiam (id quod acerbissi-
 mum est) liberi ciuésque torquentur. De nostrorū etiam
 prudentissimorum hominum institutis, qui cum de ser-
 uis in dominos quæri noluis-^{quæstiones haberi}sent, de incestu tamen, & cō-
 iuratione quæ facta me consule est, quærendum putaue-
 runt. Irridenda etiam disputatio est, qua solent vti ad in-
 firmandas quæstiones, & meditata, puerilisque dicenda:
^{confirmanda} tum faciendæ fides, diligenter esse & sine cupiditate quæ-
^{habita esse} ritum: dictaq; quæstionis, argumentis & coniectura pon-
^{confirmanda et} deranda. Atque hæc accusationis ferè membra sunt. De-
^{causas illas} fensionis autem primū infirmatio caussarum, aut non
^{extenuantur causas} fuisse, aut non tantas: aut non sibi soli: aut commodius
^{ut talia facimus} potuisse idem consequi: aut non his esse moribus, non ea
^{ut illas persequantur quæ in sol-} vita: aut nullos animi motus, aut non tam impotentes
^{agendi} fuisse. Facilitatem autem infirmatione vtetur, si aut vires,
^{audaciam} aut animum, aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit,
^{in committum} aut alienum tempus, aut locum non idoneum, aut mul-
^{testes} tos arbitros, quorum crederet nemini: aut nō se tam ine-
 ptum, vt id susciperet, quod occultare non posset: neq;
^{quæ præcipiuntur legibus} tam amentem, vt pœnas ac iudicia contemneret. Conse-
^{uentia et signa} quentia autem diluet exponendo, non esse illa certa in-
^{defensor} dicia facti, quæ etiam nullo admissio consequi possent:
^{signis} consistetque in singulis, & ea, aut eorum quæ ipse facta
^{accusatorum} esse dicet, propria esse defendet potius quàm criminis:
^{periclitante reo} aut si sibi cum accusatore communia essent, pro pericu-
^{pro accusatore} lo potius quàm contra salutem valere debere. Testiū-
^{qui locus est proprius} que & quæstionum genus vniuersum, & quod poterit
^{defensor} in singulis, ex reprehensionis locis, de quibus antè dictū
^{indefinitum quæ consuecuntur} est, refellet. Harum caussarum principia suspiciosa ad
 acerbita-

^{ad exacerbandum iudicium}
 acerbitatē ab accusatore ponētur: denūciabiturq; insidia-
^{quod vna omnium pericula sunt cum proferuntur}
^{passim} rum comune periculū: excitabunturq; animi, vt attendāt.
^{ab accusatore}
 A reo autē querela conflati criminis, collectarumq; suspi-
^{ab aduersario}
 cionum, & accusatoris insidiæ, & item comune periculū
^{quod redmittat in omnium peram}
^{excalumnis} proferetur, animiq; ad misericordiā alliciētur, & modicē
^{re alioquin}
 beneuolentia iudicum colligetur. Narratio autem accu-
^{in pro domo habent}
 satoris erit quasi membratim gesti negotii suspiciosa ex-
^{quia narratio huiusmodi est}
^{confirmatio in rebus et negotiis}
 plicatio, sparsis omnibus argumentis, obscuratis defen-
^{omnibus}
 sionibus. Defensoris aut præteritis aut obscuratis suspi-
^{coniecturatum}
 cionum argumentis, rerum ipsarum euentus erūt casusq;
^{quæ facta fuerint}
 narrādi. In cōfirmandis autē nostris argumentationibus,
 infirmandisq; cōtrariis, sæpe erunt accusatori motus ani-
^{inueniunt affectus}
^{et mitigant}
 morum incitandi: reo mitigandi. Atq; hæc quidē ytri-
^{accusatori}
^{comenit}
 que maxime in peroratione faciēda: alteri, frequentatione ar-
^{vero}
 gumētōrū, & coaceruatione vniuersa: alteri, si planē caus-
^{referendum}
^{quemadmodum}
^{soluerit vnamquamq;}
^{obi ad eam}
 sam redarguēdo explicarit, enumeratiōe, vt quidq; dilue-
 rit, & miseratione ad extremū. C.F. Scire mihi iā videor
 quemadmodū coniectura tractanda sit. Nūc de definitio-
^{definitio}
 ne audiamus. C.P. Cōmunia dantur in isto genere accu-
^{proposita definitione}
 satori defensoriq; præcepta. Vter enim definiēdo descri-
^{definitio ne oratoria}
 bēdōq; verbo magis ad sensum iudicis, opinionēmq; pe-
^{significantiā}
^{intellectum}
 netrarit: & vter ad cōmunē verbī vim, & ad eam præce-
^{perceptum}
 ptionē, quā inchoatā habebūt in animis ii qui audiēt, ma-
 gis & propius accesserit, is vincat necesse est. Non enim
^{argumentatione}
 argumentando hoc genus tractatur, sed tanquā explican-
^{enunciatōem}
^{corruptam iudicibus}
 do excutiendōq; verbo: vt si in reo pecunia absoluto, rur-
^{mutis}
 susque reuocato, præuaricationem accusator esse definiat
^{factam}
 omnem iudicii corruptelam ab reo: defensor autem non
 omnē, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo.

PARTITIONES

Sit ergo hæc contentio prima verborum, in qua etiam si
 propius accedat ad cōsuetudinē, mentēq; sermonis, de-
 fensoris definitio, tamen accusator sententia legis nititur.
 Negat enim probari oportere, eos qui leges scripserunt,
 raturū habere iudiciū, si totū corruptū sit, si vnus accu-
 sator corruptus sit, rescindere nititur equitate, vt illa quasi
 scribenda lex sic esset, quæq; tamē cōplecteretur in iudiciis
 corruptis, ex verbo vno prauaricationis comprehendisse
 dicitur. Defensor autem testatur consuetudinem sermo-
 nis, verbūq; vim ex contrario reperiet, quasi ex vero accu-
 satore, cui contrariū est nomen prauaricationis: ex conse-
 quentibus, quod ea litera de accusatore soleat dari iudici:
 ex nomine ipso, quod significat eū qui in contrariis cau-
 sis quasi variē esse positus videatur. Sed huic tamē ipsi cō-
 fugiendū est ad equitatis locos, ad rerū iudicatarū autho-
 ritatē, ad finem aliquē periculi. comuneq; sit hoc præce-
 ptū, vt cū vterq; definierit quammaxime potuerit ad cō-
 mune sensum, vimq; verbi, tum similibus, exēplisq; eorū
 qui ita locuti sunt, suā definitionē sentētiamq; confirmet.
 Atque accusatori in hoc genere causarū locus ille cōmu-
 nis, minimē esse concedendū, vt is qui de re confiteatur,
 verbi se interpretatione defendat. Defensor autem de ea
 quā proposui, æquitate nitatur, & ea cū secū faciat, non
 re, sed deprauatione verbi se yrgeri queratur. Quo in ge-
 nere percēdere poterit plerūq; inueniēdi locos. Nā & si-
 milibus vtitur, & contrariis, & cōsequentibus, quanquam
 vterq;, tamen reus, nisi planē erit absurda causa, frequen-
 tius. Amplificandi autem causa, quæ aut cum digredien-
 tur à causa, dici solent, aut cum perorabunt, hæc vel ad
 odium

odiam, vel ad misericordiā, vel ad omnino animos iudicū mouēdos, ex iis quæ sunt antè posita, sumētur, si modò rerū magnitudo, hominūve aut inuidia aut dignitas postulabit. C.F. Habeo ista. nunc ea quæ cum quale sit quippiam disceptatur, quæri ex vtraq; parte deceat, velim audire. C.P. Cōfiteātur in isto genere qui arguūtur, se id fecisse ipsum, in quo reprehēduntur: sed quoniā iure se fecisse dicūt, iuris est omnis ratio nobis explicāda. Quod diuiditur in duas partes primas, naturā, atq; legē: & vtriusq; generis vis in diuinū & humanū ius est distributa: quorū æquitatis est vnū, alterum religionis. Aequitatis autem vis est duplex: cuius altera directi, & veri, & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur. Altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet: quod in beneficio, gratia: in iniuria, vltio nominatur. Atq; hec communia sunt nature, atq; legis: sed propria legis, & ea quæ scripta sunt, & ea quæ sine literis aut gentiū iure, aut maiorum more retinētur. Scriptorū autē, priuatu aliud est, publicū aliud. Publicū, lex, senatusconsultū, foedus. priuatum, tabulæ, pactum, conuentu, stipulatio. Quæ autē scripta non sunt, ea aut cōsuetudine, aut cōuentis hominū, & quasi consensu obtinētur. Atq; etiam hoc in primis, vt nostros mores, legesq; tueamur, quodāmodo naturali iure præscriptū est. Et quoniā breuiter aperti fontes sunt quasi quidā æquitatis, meditata nobis ad hoc caussarū genus esse debebūt ea quæ dicēda erūt in orationibus, de natura, de legibus, de more maiorū, de propulsanda iniuria, de vlciscēda, de omni parte iuris. Si imprudēter, aut necessitate, aut casu quippiā feceris, quod nō concederetur iis qui sua spōte &

1. argumenta sunt petenda a iure, itaq; hic status tractari non potest commode nisi ab iis qui periti sunt philosophia moralis, quoniam ad modum definitio tractari non potest nisi a dialectico.

ad beneficium compensationem, aut iniuriam compensationem.

vt leges scriptæ sunt et statuta consulta

consuetudine

quod pertinet ad ciuitatis gubernationem.

pactum fit inter duo, conuentus inter plures.

cogitata nobis esse debent et parata

iusticiæ

PARTITIONES

voluntate fecissent, ad eius facti deprecationē ignoscendi
 petenda venia est, quæ sumetur ex plerisq; locis æquita-
 tis. Expositum est, ut potui breuissimè, de omni cōtrouer-
 siarū genere, nisi præterea tu quid requiris. C.F. Illud equi-
 dem, quod iam vnum restare video, quale sit cum disce-
 ptatio versatur in scriptis. C.P. Rectè intelligis: eo enim
 exposito, munus promissi omne confecero. Sunt igitur
 ambigui duobus aduersariis præcepta cōmunia. Vterque
 enim hanc significationē qua vtetur, ipse dignam scripto-
 ris prudētia esse defendet. Vterq; id quod aduersarius ex
 ambigue scripto intelligēdum esse dicet, aut absurdū, aut
 inutile, aut iniquū, aut turpe esse defendet, aut etiā discre-
 pare cum cæteris scriptis, vel aliorum, vel maxime, si po-
 terit, eiusdem: quāmq; defendet ipse, eam rē & sentētiam
 quēuis prudentem & iustum hominem, si integrum da-
 retur, scripturū fuisse, sed planius: eamq; sentētiam quam
 significari posse dicet, nihil habere aut captionis, aut vitii:
 contrariam autem si probarit, fore ut multa vitia, stulta,
 iniqua, contraria cōsequantur. Cum autem aliud scriptor
 sensisse videtur, & aliud scripsisse: qui scripto nitetur, eum
 re exposita, recitatione uti oportebit: deinde instare ad-
 uersario, iterare, renouare, interrogare num aut scriptum
 neget, aut contrā factum inficietur. Post, iudicem ad vim
 scripti vocet. Hac confirmatione vsus, amplificet rem le-
 ge laudanda, audaciāmq; confutet eius qui cū palām cō-
 trā fecerit, idq; fateatur, adsit tamen, factūmq; defendat.
 Deinde infirmet defensionem: cum aduersarius aliud vo-
 luisse, aliud sensisse scriptorem, aliud scripsisse dicat, non
 esse ferendum à quoquam potius latoris sensum, quā
 à lege

^{à verbis legis} à lege explicari. Cur ita scripserit, si ita non ^{legislator} senserit? Cur
^{in aliqua lege} cum ea quæ planè scripta sint, neglexerit: quæ nunquam
^{quis tulit et in eam scripsit non excipiendo} scripta sint, proferat? Cur prudentissimos in scribendo vi-
^{latorem} ros, summæ stultitiæ putet esse damnandos? Quid impe-
^{se fecisse} dierit scriptorē quo minus exciperet illud quod aduersa-
^{latores} rius tanquā si exceptū esset, ita dicit se secutū? Vtetur exē-
^{à legum scriptis} plis iis quibus idem scriptor, aut, si id non poterit, quibus
^{si habuerit exceptionem} alii quod excipiendū putarint, exceperint. Querēda etiā ra-
^{voluntatem} tio est, si qua poterit inueniri, quare nō sit exceptū: aut ini-
^{ut in confirmatione et refutatione} qua lex, aut inutilis futura dicetur, aut alia causa obtēpe-
^{si leges contrahuntur} randi, alia abrogandi: dissentire aduersarii vocē, atq; legis.
^{in confirmatione et refutatione} Deinde amplificādi causa, de cōservandis legibus, de peri-
^{contra scriptum} culo rerū publicarū atq; priuatarū, cū aliis locis, tū in per-
^{legislatoris} orādo maxime grauitur erit vehemētēq; dicendū. Ille aut
^{in scripto} qui se sententiā legis volūtātēq; defendet, in cōsilio atq; in
^{voluntatem} mēte scriptoris, nō in verbis ac literis vim legis positā esse
^{et uigila} defendet, quodq; nihil exceperit in lege, laudabit, ne di-
^{voluntatem} uerticula peccatis darentur, atq; vt ex facto cuiusq; iudex
^{interpretationem} legis mētē interpretaretur. Deinde erit vtendū exēplis, in
^{interpretationem} quibus omnis æquitas perturbetur, si verbis legum, ac nō
^{conuictionis} sententiis pareatur. Deinde genus eiusmodi calliditatis &
^{conuictionis} calūniæ retrahatur in odiū iudicis, cū quadam inuidiosa
^{in hunc statum} querela. Et si incidet imprudētiæ causa, quæ non ad deli-
^{ad peccati gratiam} ctū, sed ad casum necessitatēve pertineat, quod genus
^{cum ageremus de equalitate} paulò antè attigimus, erit iisdem æquitatis sententiis cōtra
^{imponem legis} acerbitatē verborū deprecandū. ^{ut enim deprecatione} In scripta inter se dissen-
^{conuictio præcepti} tient, tanta series artis est, & sic inter se sunt pleraq; cōne-
^{coherencia et coniuncta} xa & apta, vt quæ paulò antè præcepta dedimus ambigui,
^{per precepta} quæq; proximè sententiæ & scripti, eadem ad hoc genus
^{ad scripta contraria}

PARTITIONES

causſæ tertiū transferatur. Nam quibus locis in ambiguo
 defendimus eā ^{interpretationem} ſignificationem quę nos adiuuat, eiſdē in
 contrariis legibus noſtra ^{notis eſt vtilis} lex defendenda eſt. Deinde eſt
 efficiendum, vt alterius ſcripti ſententiā, alterius ^{quod aſſeritur ab aduerſaria} verba de-
 fendamus. Ita quæ modò de ſcripto ſententiāq; præcepta
 ſunt, eadē huc omnia transferamus. **EXPOSITAE**
 ſunt tibi omnes oratoriæ partitiones, quæ quidē ^{ex ſcēta academica} ē media
 illa noſtra Academia floruerūt, neq; ſine ea aut inueniri,
 aut intelligi, aut tractari poſſunt. Nam & partiri ipſum,
 & definire, & ambigui partitiones diuidere, & argumen-
 torū ^{topicos} locos noſſe, & argumentationē ipſam cōcludere, &
 videre quæ ſumenda in argumentando ſint, quidq; ex iis
 quæ ſumpta ſunt efficiatur, & vera à falſis, ^{quomodo ſequatur conſuſio} veriſimilia ab
 incredibilibus diiudicare & diſtinguere, & aut male ſum-
 pta, aut male concluſa reprehēdere, & eadem vel anguſtē
 differere, vt Dialectici qui appellantur, vel, vt Oratorem
 decet, latē exprimere: illius ^{academicae or philoſophicae} exercitationis, & ſubtiliter
 diſputandi, & ^{more oratoris} copioſe dicendi artis eſt. De bonis verò re-
 bus & malis, & ^{in genere iudiciali} quibus iniquis, ^{in genere deliberatiua} vtilibus inutilibus, ^{in demonſtratiua} honeſtis
 turpibus, quam poteſt habere orator ſine illis maximarū
 rerum artibus facultatē aut copiam? Quare hæc tibi ſint,
 mi Cicero, quæ expoſui, quaſi indicia fontium illorum: ad
 quos ſi nobis eiſdē ducibus, aliisve peruenieris, tum & hæc
 ipſa melius, & multo maiora alia cognosces. C. F. Ego
 verò, ac magno quidem ^{deſiderio} ſtudio, mi pater, multisq; ex tuis
 præclarisſimis muneribus nullum maius expecto.

F I N I S.